Diptychon aeneum, rep. fossionibus Herculanensibus a. 1746, est Neapoli (III p. 849. X 1402). — 1) *A. 70.* — 2) *Cf. supra N. 1988 not. 2.* — 3) *7 Mart. 70.* — 4) *Tabula.* — 5) *Significatur locus quo Nervae nomen scriptum erat; similes indicationes reperiuntur infra N. 1991, cf. supra N. 1988 not. 5.* — 6) *Desidiates populus Dalmatiae (Plin. h. n. 3, 143 al.)* — 7) *Verba* latere — patris *intus deficiunt, extrinsecus postea adiecta sunt.* — 8) *Omnes, de quorum patria constat, conterranei fuerunt Nervae.*

1990 imp. Caesar Vespasianus Aug. pont. max., tr. pot. II, imp. VI, p. p., cos. III[1] desig. IIII, veteranis qui militaverunt in classe Misenensi sub Sex. Lucilio Basso[2], qui sena et vicena stipendia aut plura meruerant et sunt deducti Paestum, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. Nonis Apr., Caesare Aug. f. Domitiano, Cn. Pedio Casco cos.[3]

gregali: M. Damae f., Suro Garaseno

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio in podio arae gentis Iuliae parte exteriore. Appi Didi Praxiae Laudiceni eq. R. — C. Iuli Agathocli Laudiceni — Cn. Cessi Cn. f. Col. Cesti Antioches. — L. Corneli Simonis Caesarea Straton. — Ti. Claudi Epaphroditi Antioches. — C. Iuli Theopompi Antioches. — Ti. Claudi Demosthenis Laudic.[5]

1991 imp. Caesar. Vespasianus Aug. pont. max., tr. pot. II, imp. VI, p. p., cos. III[1] desig. IIII, veteranis qui militaverunt in classe Ravennate sub Sex. Lucilio Basso[2], qui sena et vicena stipendia aut plura meruerunt et sunt deducti in Pannoniam, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas is data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singulis *(sic)* singulas. Non. April., Caesare Aug. f. Domitiano, Cn. Pedio Casco cos.[3]

Platori Veneti f., centurioni, Maezeio.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae est fixa Romae in Capitolio ad aram gentis Iuliae de foras podio sinisteriore, tab. I pag. II loco XXXXIIII.[4] T. Iuli Rufi Salonit. eq. R. — P. Vibi Maximi Epitaur. eq. R. — T. Fani Celeris Iadestin. dec. — C. Marci Proculi Iadestin. dec. — P. Caetenni Clementis Salon. — P. Luri Moderati Risinitan. — Q. Poblici Crescentis Iadestin.[5]

Diptycha aenea duo, alterum rep. Pompeiis a. 1874, est Neapoli (X 867), alterum rep. Salonis, est Berolini in museo (III p. 850). — 1) *A. 71.* — 2) *Lucilium Bassum, post praefecturam alae, Ravennati simul et Misenensi classibus a Vitellio praepositum esse narrat Tacitus hist. 2, 100.* — 3) *5 Apr. 71.* — 4) *Cf. N. 1989 not. 5.* — 5) *Signatores in N. 1990 Syri omnes, in N. 1991 Dalmatae.* — *In diplomate Salonitano dies, nomen veterani, locus tabulae in Capitolio fixae*

archive.org